

Johann Bacmeister

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joannes Bacmeisterus, Med.  
D. & Professor Studiosam Iuventutem Ab Insano Bacchi Festo, Propter Christum  
hoc tempore pro nobis in mortem traditum dehortatur : [P.P. Rostochii ...  
Dominica Quinquagesimae Anno M.DC.LVI.]**

Rostochii: Kilius, [1656]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734941323>

Druck Freier  Zugang



Ru. Progr. 1656.1a

Johannes Daemister

u. Daemister dekretatur.







26  
47

PROGRAMMA

*Quo*

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS  
JOANNES BACMEISTERVS,


Med. D. & Professor  
STVDIOSAM IUVENTUTEM

*AB*

INSANO BACCHI  
FESTO,

PROPTER  
CHRISTVM

hoc tempore pro  
nobis in mortem  
traditum  
dehortatur.



Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typog.

*Rh. Progr. 1656*



Nullum certè tempus, cùm apud Ethnī-  
cos verâ veri DEI in Personis trini & ef-  
fentia uniusagnitione destitutos, tùm  
apud nos, qui Christianorum titulo ac  
nomine salutarivolumus, ad quos etiam æterni DEI  
voluntas per Filium ejus æternam Patris Sapienciam  
& <sup>de 201</sup> ex ejusdem sinu prolata est, adeò miserum, adeò  
fœdum, adeò turpe, adeò detestandum, adeòq; exe-  
crandum extitit, quàm hoc, quòd jam ingredimur  
Quo nemo non diabolico quasi furore incedat perci-  
tus ac concitatus; nemo non Sathanæ larvis sit reclusus,  
nemo non saltationes indecoras ac impudicas, mode-  
stia omni carentes agitet, Sybariticas epulas com-  
missionesq; concelebrat, fortiterq; potando ac lu-  
dendo dies noctesq; totas consumat. Hoc namq; tem-  
pore à cunctis fere Civitatibus fœdissimum illud, &  
nunquam non satis abominandum BACCHAN-  
ALIUM FESTUM celebratur, ubi, supra enume-  
rata, scelera pietate omni abjectâ, castitate posthabitâ,  
ingluvieq; & impudicitia assumptâ, strenuè vigent,  
florēt, virent omnia. O ferrea pectora! O saxeæ cor-  
da! O mentes Cyclopicæ! Non sanè immerito dixe-  
rim, eos, qui dies hos tanta impuritate, tanta im-  
modestiatantaq; impudicitia consumunt, non hu-  
mano cretos sanguine, sed à Tigridibus immanibus  
enutritos ac horrente Caucaſo esse genitos. Sive  
enim horum Festorum dierum Nomina, sive eorun-  
dem Originem & ritum à Gentibus in iis observatum.

con-



consideraverimus, eos non in Sacro sanctæ Trinitatis  
 honorem, non in Apostolorum neq; Sanctorum,  
 Martyrum memoriam, sed in Bacchi, fœdissimi  
 istius Vini ac potationis Idoli honorem & gratiam esse  
 institutos deprehendemus. Græci namq; hanc  
 festivitatem Διονύσια nominarunt à Dionysio, compo-  
 sita voce, teste Gregor. Gyrald. Syntagm. 8. de Diis  
 gentium. à διὸς καὶ νύσσι, Jove scilicet patre & Nyssa sive  
 Arabiæ, sive, ut Q. Curtius, Philostratus, & Strabo  
 volunt, Indiæ urbe, in qua, referente Natal. Comit.  
 Mythol. c. 13. à nymphis enutritus atq; educatus est:  
 Vel ut Plato vult δεδόνισσον ἀδιδόναι τὴν οἶνον, quod dator si-  
 ve repertor sit Vini: Vel, quod Phurnuto placet,  
 ὡς διόνος ὄν quasi nos adaperiens, Deinde Bacchanalia  
 audiverunt ἀπὸ τῆς βακχέειν à bacchando & tumultuan-  
 do, sive à Baccho Jovis ex Semele filio, quæ vocabu-  
 la apud Romanos reliquis fuerunt usitatoria & fre-  
 quentiora. Postremo dies hi etiam dicti sunt Li-  
 beralia, à Liberi seu Bacchi sacerdotibus, qui per totam  
 Urbem illis diebus Libero patri, vel à linguæ libertate,  
 vel quod animos liberet servitio curarum tristitiæq;  
 medeatur, ita appellato, ut Senec. l. de tranquill. vitæ  
 refert: & Homerus

Οἶνόν τι μενέλαε θεοὶ πόισαν ἄριστον

ὀνητῆς ἀνθρώπων ἀποσκεδάσαι μελεδάνας h. e.

O Menelae, dii vinum fecere beati

Ut curas animi pellat mordacibus acres

sacrificabant. Ut jam reliqua nomina silentio invol-  
 vam, satis superq; ex his allatis tribus apparere puto,  
 quod à Christiani hominis professione nihil alienius

A 2

sic



fit, quam festum hoc Ethnicum celebrare. Si enim DEUS tanto opere averfatus,  
quæ ipsemet prius instituerat sacrificia & incensa, & tanquam sacramenta  
voluerat in Ecclesia honorari: Quomodo igitur laturum putabimus, quæ ex-  
cogitavit Diabolus, quæq; nulli nisi impurissimi gentiles exercuerunt. Quod  
ut clarius elucescat, audiamus Polydorum Virgil. l. 3. de inventorib; rerum.  
c. 17. ita de Origine horum dierum & ritu in iis observato differentem. Bac-  
chanalia sacra uberrimum apud cunctas ferme gentes libidinis seminarium fuere.  
quorum ut testatur Herodot. l. 2. autor fuit Melampus Amytheonis filius, primusq;  
ad Græcos detulit ex Ægypto, ubi ea sacra fieri cœpere: femina enim statuas cubi-  
tales è nervis compactas, quibus ingens mentula in ventre extabat, per pagos, præ-  
cunte tibia, circumferebant, Bacchum canentes. Deinde in Parnasso monte Bac-  
chanalia, quæ Græcis Dionysia dicuntur, alternis annis acta sunt magno cum homi-  
num multo mero incalentiū clamore, tum tympanorum crepitu. Haud ita multo  
post, Græcus quidam homo, ignobilis ejusmodi sacrorum antistes in Hetruriam ve-  
nit, docuitq; ritus. Ex Hetruria ea mali labes mox Romam penetravit, ubi mi-  
randum in modum morbi contagione matronarum pudicitiam corruptit: primo sa-  
crarium sœminarum fuit, nec quisquam Virorum admittebatur: tres in anno statutos  
dies habebant, quibus interdum Bacchus initiarentur, sacerdotes invicem matronæ  
creabantur: cum demum Paculla Minia Campana facta est sacerdos, hæc omnia  
tanquam DEorum monitu immutavit, sanè viros & cum primis filios initiavit,  
nocturnumq; sacrum ex d'urno, & pro tribus in anno diebus, quinos in singulos  
menses dies initiorum sacros fecit. Tum promiscuè sacra viri sœminis permisti fa-  
cere cœperant, ubi cum per noctis licentiam quidvis scelerum unicuiq; edere liceret,  
nihil facinoros, nihil flagitii prætermittebatur, siquidem eo loci stupra pariter atq;  
cædes redundabant, quando, qui aut ad Venerem pigriores, aut dedecoris minus  
patientes erant, nam postremo nemo major viginti annis initiabatur, morte affice-  
bantur, nec id multis cognitum, cum nulla vox queritantium præ ululatu tym-  
panorum cymbalorumq; strepitu exaudiri posset, & mortui ex conspectu ilico in specus  
abderentur: Summa religionis erat inter eos, viros velut mente captos, corporis  
jactatione sanatica vaticinari, Matronas Baccharum habitu, crinibus passis cum  
facibus ardentibus discurrere, & mactatos dici à Diis raptos. Et Blondum lib.  
2. d. Roma triumphante, qui, Nudi, inquit, Viri cum nudatis omnia membra  
mulieribus, matronis, viduis & virginibus ad sacra conveniebant, quæ non nisi  
nocturna erant, caput omnes pariter sœmor aliq; pampinus & uvarum racemis cincti  
alios quoq; racemos in manu tenebant, & tumultuario invicem commixti cœtu in  
sublimè saltantes, variq; gesticulatione, brachia, cervicem caputq; moventes, car-  
men inconditum Baccho cantabant, nec prius erat saltationis modus, quam desati-  
gati & toto corpore vacillantes partim resupinarentur proximioribus inherentes,  
partim



partim in pavementum fanatici amentesq; procumberent. Quæ omnia etiam Alexander ab Alexandro lib. 6. Genial. diæ. c. 19. confirmat. Quis igitur sanæ mentis homo ex origine & ritibus in hisce festivitatibus observatis spurcitiæ ac execrandam illius crudelitatem non animadvertit? Quis, quâ sedulus, quam gnavus, quam diligens in eo conservando fuerit ut omnis mali, ita hujus Festi autor Sathanas, non videt? dum is per organa sua id ex Ægypto in Græciam, ex Græcia in Hetruriam, ex Hetruria Romam, Roma in omnem Italiam Germaniam ac ferme univèrsam orbem Christianum detulit. Maximum namq; commodum, maximos fructus maximasq; & ingentes inde capit, utilitates; Quod si hoc festum interiret & submergeretur, O quantum detrimenti quantumq; jacturæ pateretur hujus mundi Princeps. Multos enim imò innumerabiles per Bacchanaliorum celebrationem Leonem hunc rugientem ex genere humano in æternum ignem sive gehennam ignis, ut ipsius Servatoris utar verbis, abjecisse, præcipitasse certum est. Quare etiam successu temporis cum hi insanidies non solum Urbem terrarum dominam, sed & Italiam totam odore teterrimo conspurcassent, & dii, qui suum numen sceleribus libidinibusq; contaminari indigne ferebant (Verba sunt Livii) ex occultis Bacchanalia tenebris in lucem extraxissent, nec patefieri ut impunita essent, sed ut vindicaretur & opprimerentur, voluissent, Senatus consulto cautum est, ne qua Bacchanalia Romæ, neve in Italia essent. Hinc quoq; Tertullianus Apolog. adversus gentes, Liberum, inquit, patrem cum mysteriis Consules Senatus auctoritate, non modo Urbe, sed Universâ Italiâ eliminaverunt. Sacerdotes eorum sacrorum, utpote tanti maleficii (quod maximum scelerum omnium seminarium fuisse, Florus scribit) auctores custodiri, & arctissimis vinculis costringi juebantur, imò qui nefandis illis sacris vitia alia miscuerant, capite damnatos; reliquos, qui tantum ipsis sacris initiati fuissent, in vinculis relictos fuisse Janus Langæus l. 8. Semest. c. 6. ex Livio notat. Cumq; insuper hi nequissimi homines, qui sacra hæc celebrabant, ad vitandam à magistratu constitutam pœnam faciem suam transformarent, personamq; sive larvam induerent, ut à nemine dignoscerentur, edicto Francisci Regis Galliæ, aliisq; amplissimi Senatus placitis cautum est, ne quis personatus impostero per Urbes vel agros vagari audeat, aut personas illas, sive facies eimentias divendere, gravissimo supplicio constitutionis ejus temeratoribus indicto. Nam priorum, licentiâ Regum sic invaluerat; Bacchanalium maxime tempore, usus iste larvarum, ut ipsimet Reges in iis animi laxamenta ponerent, ut in Carolo VI, animadversum, quem legimus villosas vestes carbaso pice compactas cum quinq; Aulicis, quo nuptiali cujusquam epulo sese, aliosq; oblectaret, sumptuisse, fortè autem accidisse, ut scintilla face emissâ carbasum petente, duo ex



illius Comitibus circa incolumitatem Regis adnitentibus, ambusti fuerint. Unde etiam apud Anglos, si quis personam induerit, capitale est, teste Ludov. Viv. lib. 5. de invent. ren. c. 2. Et Concil. Laodic. can. 53. & Dachar. can. 80. Si quis, inquit, faciem suam transformaverit in habitu muliebri, vel mulier in habitu viri emendatione pollicita tres annos poeniteat, quam poenam nos Catholicis relinquimus. Ut jam silentio involvam, quot Programmatis, quot editis e suggesto publicatis non solum hic, sed in aliis Urbibus & Academiis Ethnicus hujus festi celebratio sit prohibita. Verum omnibus hisce nil obstantibus tribus primis hujus septimanæ diebus, non vulgus solum, sed & ipsi virtutis, sapientiæ & pietatis studiosi esse qui volunt (tales autem esse debebant omnes) sic prorsus insaniunt, ut si quispiam Græcorum aut Romanorum illorum antiquissimorum ad nos rediret sua Bacchanalia & Lupercalia, agi sancte juraret; Imo non pauca reperiret, quibus Christiani Græcos & Romanos Ethnicos insaniã atq; furore superant, *Hi siquidem* ut hæc ex Rudolph. Hospinian. de Orig. & rit. festorum dierum Christianor. cap. 8. referam, non novis subinde, sed iisdem & quidem certis ritibus atq; pompis, quas sibi ipsis præscripserunt, quotannis repetierunt. Christiani verò, singulis annis, singulis oppidis atq; Vicis novas pompas producant. Modò videas prodeuntes, qui exhibent impexos agricolas, modo qui monstrosã formã homines, quales in India aut apud Garamantes gigni creditum est, modo qui alias cujuscunq; conditionis personas, habitu, omnibusq; actionibus ad turpitudinem significandam, aut minimum ad risum movendam compositis, referunt. Et paulo post. Nonnulli in divitum aedes sese ingerunt, comedias vel tragædias, easq; non omni turpitudine vacantes exhibituri. Saltationes porro iisdem diebus sunt admodum lubricæ & impudicæ, pars in foro et in plateis, pars in domibus privatis & noctu perinde atq; interdum. Accedunt luxuriosa & remulenta convivã ad intempestam noctem si non ad crepusculum peracta, tuncq; ut Ovid. l. 3. Fastorum canit,

Vino calent: annosq; precantur,  
Quot fuerunt cyathos, ad numerumq; bibunt.  
Invenies illic qui Nestoris eibat annos.  
Quæ sit per calices facta Sybilla suos  
Illic & cantant quicquid didicere theatris,  
Et jactant faciles ad sua verba manus:  
Et ducunt posito duras crateres choreas:  
Cultaq; diffusis saltat amica comis.  
Cum redeunt titubant: & sunt spectacula vulgi:  
Et fortunatos obvia turba vocat.  
Occurrit nuper (visa est mihi digna relatu)  
Pompa: Senem potum pota trahebat anus.

Qua



Quales solemnitates Wolfgang Laz. comment. reip. Roman. l. 10. c. 9. singulis quasi diebus festis nobis Germanis (quamvis pessime) familiares esse putat. Ubi autem tam multa tamq; varia apud Ethnicos facta leguntur. Herodotus Halicarn. in Melpomene de Scythis refert, quod strenue negent, Deum aliquid invenisse, quo homines ad dementiam adigantur. Verum nos Christiani, quando Bacchanalibus sacris initiati sumus, generosissimo vino, quod Deus hominibus ad refocillandas vires concessit, nos ita ingurgitamus, ut quasi ad dementiam per id adigamur, & cum cyclope illo Euripideo vociferari non erubescamus.

*Non ulla numina expavesco cœlium*

*Sed victimas uni Deorum maximo*

*Ventri offero, Deos ignoro Ceteros.*

Et cum impia Epicureorum turba clamare, *Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.* O prodigiosa ventris gulæq; mancipia! O dissolutam vivendi rationem! Advertite vos helluones & Bacchi sodales quid D. Basilius de vobis scribat, *μεθῆ πνεύμα ἁγίου ἀποδιώκει; καπνὸς ἰδὼ ὃ ἀποδιώκει μελίσσας χαρίσματα δὲ πνευματικὰ διώκει κραπίλη.* h. e. Ebrietas Spiritum sanctum expellit. Ut enim fumus fugat apes, sic dona spiritualia fugat crapula. Organa itaq; estis Diaboli, vos lurcones, non Spiritus sancti habitacula. Quod si vos vino madidos ac delitijs Bacchicis inhiantes dies novissimus obrueret, nonne vos nunquam natos esse potius esset? Ita puto. Erubescite vos Christiani ad Ethnici hoc vitium detestantis testimonium ita enim Horat. l. 2. serm. sat. 2.

*Quin corpus onustum*

*Hesternis viuis animum quoq; prægravat ipsum*

*Atq; affigit humi divinæ particulam auræ.*

Revocate vobis in memoriam quid Spiritus DEI apud Esaiam c. 5. Ebrijs & omnibus voluptatum generibus fruentibus minatur, dum, *Væ, inquit, qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam & potandum usq; ad vesperam, ut vino astutetis. Cythara & lyra & tympanum & tibia & vinum in convivijs vestris, & opus Domini non respicitis nec opera manuum eius consideratis. Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Idcirco sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit sic radix eorum quasi favilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet.* Annon jam nos, qui salvatori nostro JESU CHRISTO in ipso regenerationis lavacro nos totos addiximus, hæc severissimæ comminationes moveant? Annon certissime eas nos sensuros cogitemus, perpendamus, meditemur, cum his impijs exercitijs omnibus JEHOVÆ præceptis posthabitis ac neglectis, in DEUM, qui ignis est consumens, gravissime peccemus? Annon exempla poenarum tam præsentium quam æternarum voluptatum




supratum obscenarum' vagarumq; libidinum individuorum comitum ad Ethnicos & Centaureos istos Bacchanalium ritus deponendos nos impellant, instigent, alliciant, irriterent? Non est, quod in animum inducamus fore, ut latere tecto discedamus, & impune scelera nostra feramus, siquidem *εὐρε θεός τὸν ἀλιτῆρον, ἔχει θεός ἐκδικῶν ὄμμα.* Quamvis interdum non eo momento, quo scelera committuntur, sceleratis poenas irroget, easq; sapius differat, ut scelerati ad se redientes in rectam viam reducantur. Si vero id non fit, tum tarditatem supplicij gravitate Dij compensare solent, teste Valerio. Ea propter cessemus, abstinemus, desistamus nos ab his ritibus impijs, quibus non aeternus DEVS, sed Satanás colitur. Induamus contra hunc arma spiritualia, iustitiæ lorica, scutum fidei, quo possimus ignea nequissimi huius tela extinguere; galeam salutis & gladium Spiritus, quod est verbum DEI assumamus ac ita vitâ piam, sobriam ac hominibus Christianis dignam traducamus. Ante oculos præterea etiam nobis hoc tempore constituamus salvatorem nostrum JESVM CHRISTVM, cervam istam matutinam, considerantes ac animo nobiscum diligentissime volutantes, quomodo hæc à Juda ipso venatore, à Pontificibus, Scribis ac populi Senioribus retia venatoria tendentibus, immanibus ac rabie ageratis canibus omnibus militibus sit persecuta, & tandem capta propter omnia generis humani precata, quomodo illa rigidissimis vinculis sit constricta, quomodo ex horto ad Annam, ab Annâ ad Caipham, à Caipha ad Pilatum tracta, ibiq; pugnis contusa, despiciatui ducta, flagellis cæsa, miserime habita; quomodo cruci affixa, clavis & hasta perfossa, & quomodo tandem sit mortua. Hæc jam consideremus, ista perpendamus, ista trutinemus. Deniq; agamus immortales & tantas, quantas intima mentis penetralia concipere possunt, gratias DEO misericordiarum ac consolationis Patri pro maximis his beneficijs, aeternâ memoriâ dignissimis, quod per filium eius unicum CHRISTVM *θεάνθρωπον* ab Ethnicis istis tenebris & Diaboli larva nos liberaverit, ac veræ Ecclesiæ vera & viva membra fecerit. Eundemq; ex intimo cordis sacrario precemur ac oremus, ut nobis sui Sancti Spiritus per JESVM parta dona asfatim largiri dignetur, quo eum cum Filio & Spiritu sancto in præsentia hac vita, miseriarum, ærumnarum ac calamitatum plenissima, quam diu ea nos frui sancti Numinis permisso licuerit, & in altera, omni lætitia omnibusq; gaudijs abundante, aeternum laudemus, celebremus. P.P. Rostochij sub sigillo Rectoratus nostri, Dominica Quinquagesimæ Anno M. DC. LVI.

16030











Quales Solemnitates Wolfgang Laz. comment. re-  
gulis quasi diebus festis nobis Germanis (quamvis pel-  
Ubi autem tam multa tamq; varia apud Ethnicos fac-  
Halicarn. in Melpomene de Scythis refert, quod stre-  
invenisse, quo homines ad dementia[m] adigantur,  
quando Bacchanalibus sacris initiati sumus, genero-  
hominibus ad refocillandas vires concessit, nos ita in-  
dementia[m] per id adigamur, & cum cyclope illo-  
erubescamus.

*Non ulla numina expavescō cœlitum  
Sed victimas uni Deorum maximo  
Ventri offero, Deos ignoro Ceteros.*

Et cum impia Epicureorum turba clamare, *Ede, be-  
voluptas. O prodigiosa ventris gulæq; mancipia! O co-  
nem! Advertite vos helluiones & Bacchi sodales q-  
scribat, μεθι πνεύμα αγιον αποδιώνε; καπνός μεθι  
καείσματα δε πνευμάτικα διώνει κραπαλή. h. e.  
ctum expellit. Ut enim fumus fugat apes, sic dona-  
Organa itaq; estis, Diaboli, vos lurcones, non Spiritus  
si vos vino madidos ac delitijs Bacchicis inhiantes di-  
nonne vos nunquam natos esse porius esset? Ita puto.  
ni ad Ethnici hoc vitium detestantis testimonium ita en-*

*Quin corpus onustum*

*Hesternis vitijs animum quoq; prægravat ip-  
Atq; affigit humi divina particulam auræ.*

Revocate vobis in memoriam quid Spiritus DEI apu-  
omnibus voluptatum generibus fruentibus minatur, d-  
surgitis manè ad ebrietatem sectandam & potandum usq; a-  
etis. Cythara & lyra & tympanum & tibia & vinum in convi-  
ni non respicitis nec opera, manuum eius consideratis. Ve, qu-  
dum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Idcir-  
lingua ignis, & calor flamma exurit; sic radix eorum qua-  
eorum ut pulvis ascendet. Annon jam nos, qui salvato-  
STO in ipso regenerationis lavacro nos totos addiximu-  
minationes moveant? Annon certissime eas nos sen-  
pendamus, meditemur, cum his impijs exercitijs omni-  
ptis posthabitis ac neglectis, in DEUM, qui ignis est  
peccemus? Annon exempla pœnarum tam præsentium

o. c. 9, An-  
s esse putat.  
Herodotus  
um aliquid  
Christiani,  
quod Deus  
it quasi ad  
ferari non

rem nulla  
ndi ratio-  
de vobis  
meliores  
ctum san-  
crapula.  
la. Quod  
obrueret,  
Christia-  
erm. sat. 2.

Ebrijs &  
, qui con-  
vino estu-  
us Domi-  
id biben-  
stipulam  
germen  
I CHRI-  
næ com-  
us, per-  
præce-  
avissime  
rum vo-  
luptatum



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. Patch Reference numbers on UFI